

CASPARVS DECANVS RATISBONENSIS.



Casparus ex nobili familia de Gumpēberg natus est anno 1472. Is bonarū artium desiderio hinc inde Academias uisitauit, & magnā literarum cognitionē adeptus est. erat enim felici ingenio peditus, & eruditiois cupidissimus. Postea se se Ratisbonā contulit, atq; eius collegij Canonicus factus est. Cum in eo genere uitæ modestus esset, eius Ecclesiæ Decanus eligitur. Ibi pietate & doctrina insignis longo tempore uixit, & eam Ecclesiam plurimum illustrauit. Tandem anno ætatis 60, salutis uero 1532 obiit, & honorifice sepultus fuit. Habebat is Vuelserum eius ecclesiæ Prepositum synchronon & æqualem, qui & ipse uirtutes amauit, & literarū studium promouit. Vnde mortuus in choro primarij templi Ratisbonæ sepultus, & uterque præclaro epitaphio decoratus fuit, id quod in mea peregrinatione anno 1565, cum Ratisbonæ eram, potissimum in eo templo animaduerti. Anon.